

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De conventiculis

Disputatio Theologica ...

.. Posterior eaque dogmatica

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Gottesheim, Johann Ernst von
Leonhard, Georg Friedrich**

Argentorati, 1705

§. 5

urn:nbn:de:bsz:31-105820

Dann solche Untugend/ und viel mehr/ begehret ein jeglicher/ der sich an die Schleicher hängen/ und soll billig darum angesprochen werden.

§. 5.

Probatum haecenus est, Conventicula *justa* non esse nec legitima, sed suspecta, non pia, non visitanda, ex eo quod necessitate nulla urgente instituta, doctores facti sine legitima vocatione; jam id ulterius quoque patebit, si institutum ipsum & tempus & locum & dogmata spectes. Invisum ipsis ministerium est & contemptum ubique, nisi ex suis asseclis contextum, vitia imputata, vel ex nudo auditu percepta, totum ideo ut à Ministerio aver- si homines ipsis adhærent: at isti pietistæ hoc plane contra Apostoli monita faciebant. 1. Tim. 5, 19. quo docetur, contra Presbyterum non esse accusationem accipiendam nisi ad testimonium duorum vel trium: at si cum non sint Episcopi ut Timotheus, sed privati, sine officio publico, non tantum accusationem accipiunt, sed & modo inaudito de presbyteris judicandi potestatem sibi sumunt, & quidem sine testibus nisi è domo h. e. secta sua petitis, quis hoc institutum probabit? certe uti contra scripturam, ita quoque contra Libros Symbolicos est, quos quidem si A. C. socii esse volunt, recipere tenentur, ita namque F. C. p. 826. Err. VII. Anabapt. Rejicimus & damnamus falsa Anabaptistarum dogmata, qua neq; in Ecclesia DEI, neq; in Politia, neq; in Oeconomia tolerari possunt: p. 827. Non habendum quicquam commercij cum Ecclesia ministris, qui & sanctum Christi Evangelium juxta piam A. C. sententiam docent, & Anabaptistarum errores refutant, neq; illis operam locandam, quin potius ut verbi DEI corruptores fugiendos atque vitandos esse. Quibus prorsus consentiunt, quæ B. Lutherus T. V. Altenb. f. 967. scripsit, quæque præced. thesi adducta leguntur.

§. 5.
nec insisti-
tum & do-
gmata pro-
banda
quod
contemnūt
ministeri-
um.

§. 6.

Nec minus nocens error est, quod hinc separatismus & schisma oritur; publicus enim cultus neglectus, sacra cena insuper habita, & in tantum quidem hoc schisma processit, ut liberi ne quidem vellent parentum precibus interesse. Clamabant enim ministrum impium & parentes frustra audiri, plurimos audi-

§. 6.
Separati-
smus &
schisma in-
de oritur.